

Viro Solertissimo,  
DN. ANGELO SALÆ,  
Chimiastro celeberrimo,  
amico suo charissimo.

**I**gnes SALA tuos vidi atq; Hermetica vasa,  
& vidi artifici pharmaca facta manus,  
vidi, miratus toti te pangere mundo,  
quæ steterant firmis ante a clausa seris;

Ipse etiam istorum sancto gavisus amore,  
arcano fori sat bene multa loco.

SALA tua exarmat nostros Doctrina labores,  
quam fas est tacitâ religione coli,  
dum quæ priva alijs, annisu publica magno,  
SALA tuis scriptis, non sine laude, facis.  
Macte tamen virtute tuâ, ac te largius effer,  
hæc tenus haut visos edere perge libros:  
Ac longæva tuum constanti secula famâ  
In cœli attollere nomen, amice, polos.

JACOBUS FABRICIUS Archia-  
ter & Professor Megap. ac Collegii Me-  
dici in Academiâ Rostochiensi  
Decamus.

---

**Q**ui vegetabilium naturâ atq; intima lustras  
Extrahis & quicquid tota medulla tenet  
Quis

Æ,  
Quis vegetum ingenio, mentisq; vigore sagacis,  
Iudicioque gravem te Medicum esse neget?  
Sic perge ulterius doctis clarescere scriptis,  
SALA, solo celebris, cognitus atque salo.

J O H. C A M M A N D. R e i p.  
Patriæ Brunsvic. Syndicus.

Viro Clarissimo & experientissimo,  
D N. A N G E L O S A L A E,  
Medico Chymico celeberrimo, amico  
fratri honorando.

I N clyta nobilium medicorum gloria Sala  
Eximumq; decus Chymicorum, cuius in oris  
Nomen honorosq; viget, longe lateq; remoris,  
Hacenus arcanas, quas aut natura metallis  
Indidit aut Gemmis vires tum fossile quidquid,  
Terra tegit gremio sollerti indagine, mentis  
Scrutatus, dias per traxi lucis in auras,  
Tum quantas habeat vitrea sub imagine dotes  
Chalcantum, & vili stibium sub veste repositas:  
Sed quis cuncta queat digno comprehendere Versus  
Doctrinaq; monumenta tua? quin obvius isti  
Fraudibusistorum Vanos qui Vendere fumes  
Pro fulvo stultus soliti mortalibus auro,  
Et qui divitias alijs promittere magnas  
Non veriti sunt, ipsi inopes rerum omnium egeni  
Nunc quoq; plantarum naturam evolvis & omnes

Pervigili partes igni rimare finiug;  
Ego quid in foliis, scabro quid cortice, quidq;  
Duris in lignis, quidq; in radicibus Ing;  
Resinus latrat, nitidisq; in floribus, unus  
Dexterum reliquis hominum producis in usum.  
Nec medicis opus es, te dottore, amplius herbis  
Saccharo dulcem fuso ingenerare saporem  
Hybleisve citam succis avertere labem.  
Sic medicare herbas, aegris fastidia sape  
Exauget miseris, quin hoc med:cam: ne stirpes  
Aut mutare solent infecta aut perdere Vires,  
Ipsa quidem paleis nudata Essentia plantæ  
Divitij s operosa suis sibi sufficit. Et se  
Vitalem contenta potest servare vigorem,  
Nil opis externe Cupiens, nil indiga fraudis,  
Inde tibi magnas par est persolvere grates  
Et qui consciunt docta medicamina dextra  
Et qui, quo modulo, qua fint ratione paranda  
Pharmaca, prescribunt, quorum consumitur omnis  
Cura in pellendis, affecto à corpore morbis.  
Quin & pro quorum, vigilat tuâ curâ salute,  
Quos habet infælix adverso tempore lectus,  
Iure tibi eximia debent præconia laudis.  
Inde tuum memori nomen Celebrabitur evo  
Gramina dum cäpus, tellus dū proferet herbas.

HERMANNUS Westhoff Phil.

& Med. D. scribebat Lubecæ in monu-  
mentu amicitiae nunquā intermorituz.

Indu-

*Industriæ & Labori*

**ANGELI SALÆ, Essentiarum  
Vegetabilium Anatomen  
edentis.**

**S**i juvat anguicomæ cælatos noscere vultus,  
Gorgonis, & triplicis corpora Gergane,  
Splingaq; & Harpyas serpentigenosq; gigantes,  
Acripedem cervam, flammiferumq; bovem.  
Si juvat horrificâ scrutari fronte Chimæram,  
Ut furit accensis sicilis Aetna rogis.  
Huc ades, & doctos Salæ quoq; perlege libros,  
Quos dedit astuti viribus ingenij.  
Non hic vana tuam pertentat fabula mentem,  
Non toties falsis ludit imaginibus.  
**A**via secretæ pandit penetralia causæ  
Sedulus, & mira dexteritate notat  
Quod mare, quod cellæ, quod mobilis educat aura,  
Utile quod mundi machina tota parit.  
Seu lavare cupis undis, seu frangere saxo,  
Excoquere aut lentis ignibus omne malum.  
Ille auri vires validas, nitidiq; argenti  
Explicat & gemmis nobile quicquid inest.  
Quid faciat nitrum quid odori sulphuris aura,  
Et quid Vitrioli lucida mica salis.  
Ille ūdus tepidis de collibus eligit herbas,  
Mistaq; purpureis alba ligustra roris.  
Non hederæ errantes, nec hiantia lilia defunt,  
Non molles violæ, non Amaranthus olens.

Hic

Hic bolus medica est & suavē rubens Hyacintus  
Mandragore pingues, nobile satyron.  
Quid tibi fragranti referam sudantia ligno  
Balsama, quid nardum & cinnama luxurians?  
Quicquid enim Cons de stirpe Machaonis ortus  
Præcipit, & Phrygij fama Galenus agri,  
Quicquid habet Cellus & docti Crullius oris,  
Collocat ante oculos, non sine laude tuos.  
Mitia pestiferis depromit pharmaca morbis  
Et formidatas corpore pellit aquas.  
Tardigradam scabiem, turpelq; exire podagras,  
Corat, & atticulos deseruisse suos.  
Hac poteris lentum medicinā arcere marasmā  
Calculi & urentis tollere triste jugum.  
Hac sœvas papulas superabis & ulcera dira,  
Nec feriet pectus febris amara tūum.  
Quæ si cuncta meo percurrere carmine tentem  
Memnonis ante alios advehat orta dies.  
Huc oculos huc flecte animū suavissime lector  
Mirandumq; Deicerne potētis opus  
Et Salæ egregiis porrò conatibus opta.  
Flōreat ut multa prosperitate domus  
Nec noceant denso ferventes grandine Nimbī  
Flabraq; mendacis impetuosa Nōti.

Festinabam Rostochij XIII. Kal. Sexti-  
leis an. 1530 XXX.

Philippus Jacobus Fabricius Jac. Fil.  
Eloquentiæ Prof. publicus.

